

MVNDVS IMPERIORVM
SIVE
RELATIONES
DE PRÆCIPVIS MVNDI
IMPERIIS, REGNIS ET DYNASTIIS;

Simul cum eorum regali censu, ærario, & armorum potentia:
Imperij denique magnitudine & forma regiminis, Prin-
cipatibus deinde sibi invicem finitimis.

*In Europa sunt Imperium Romanum, Reges & Dy-
nastia sequentes:*

REGES.	{	FRANCIÆ.		MAGNVS DVX MO-		DVX SABAVDIÆ.
		ANGLIÆ.		SCHORVM.		MAGNVS DVX E-
		DANIÆ.		FAMILIA AVSTRIACA.		TRVRIÆ.
		SWECIÆ.		IMPERIVM ROMANVM.		DVX VRBINI.
		POLONIÆ.		PONTIFEX ROMANVS.		CIVITAS VENET.

In Asia:

MAGNVS CHAM. MAGNVS MOGOR.		REGES.	{	CHINÆ.		{	CALECVTIL
				SIAMI.			PERSIÆ.
				NARSINGÆ.			IAPONIÆ.

In Africa:

PRESBYTER Ioannes. | MONOMOTAPA. | FESSÆ & MAROCHI REX.

Vniuersales Principes sunt:

PHILIPPVS AVSTRIACVS INDIARVM HISPANIARVM, &c. REX.
MAGNVS TVRCA qui magnam EVROPÆ, maiorem ASIÆ, maximam AFRI-
CÆ partem tyrannide premit.

OPVS NOVVM, IN RERVM MAGNARVM COGNITIONIS CVPLI-
DORVM gratiam à GUIDONE DV BRVECQS ex IOANNIS BOTE-
RI BENESII, & aliorum RELATIONIBVS ITALICIS Latine factum, iu-
cundum sone lectu, & etiam utile, non Regibus Principibusque modo, sed & Dynastis, &
viris heroibus, militiæ quoque & rerum politicarum negotiorum studiosis.

Editio altera priore auctior emendatiorque.

Vrsellis, ex Officina Typographica Cornelij Sutorij.

ANNO M. DCIIL.



LECTORI.

LIBRI IOANNIS BOTERI BENESII, cui titulus, *RELATIONES VNIVERSALES* eam partem, in qua describit opes, vires, regimenque Principum *EVROPÆ, ASIÆ & AFRICÆ*, aliorumque, quos *VNIVERSALES* vocat (quod in dictis tribus *ORBIS* partibus ditiones possideant) ex Italico idiomate in Latinum verti curauimus, sicut & *RELATIONES* alterius *ITALI* de ditionibus Ducis Sabaudia, Magni Ducis Etruria, Ducis Urbini, & *CIVITATIS VENETIARVM*, quod eiusdem cum *BOTERI RELATIONIBVS* essent argumenti, simulque prælo subiecimus, *LIBELLVM* inscripsimus *MVNDVS IMPERIORVM* siue *RELATIONES DE PRÆCIPVIS MVNDI IMPERIIS, REGNIS & DYNASTIIS*, quod eorum opes, vires, formamq; ea administrandi regendiq; referret declararetq;. Vale Lector, tibiq; paruo ære compara, ex quo non exiguum fructum delectationemq; haud vulgarem percipere poteris.



REX FRANCIAE.



AB ET Francia pro terminis Alpes, qui ipsam ab Italia diuidunt: Rhodanus separat ipsam a Sabaudia: Araris a Sebusianis & Heduis: Mosella fluius, a Lotharingia, & Ducatu Luxemburgensi: Aartiulus Flandriae, a latere Occidentali est: Fraciae ad Meridiem mare Mediterraneum est & Pyrenee mōtes: Ad Occasum Oceanus: ad Septentriones, mare Britanicū. Extendit se in latere Meridionali

Septentrionē versus, a Lotharingia Caletū vsque, spacio quasi 200. leucarū Francicarum, dilatatur; se paulo minus inter Ortū & Occasum, a flumine Varo, ad Paurum vsque: Restringit se tñ tanto magis, quanto plus Septentrioni accedit: Eius minima latitudo est inter Caletū & Britanniae Promontorium, Figura eius inter quadratum & rotundū est, ideoq; multo capacius, quam quispiam arbitretur. Cōtinet Prouincias amplissimas, sed praecipue sunt Picardia, Normannia, Britannia, Francia, Campania, Burgundia, Aruernia, Delphinatus, Prouincia: Nec sunt tamen contemnendae Bria, Beelsia, Turonia, Andegauensis Ducatus, Santonia, Biturigum Ducatus & alia. Initium eius est in 42. gradu, experiturque talem aëris diuersitatem, vt pars quae ad mare Mediterraneum est, (vbi sunt Languedocia, & Prouincia) producat omne fructuum genus quod dat Italia: Ea autem quae ad Mare Britannicum est (vbi sunt Britannia, Normannia & Picardiae pars) vinum non profert: reliquum regni abundat, plus quam credi possit, omni Europae fructuum genere, exceptis oliuis, ficibus & similibus. Aëris benignitas, bonitati terrae, & fluiorum oportunitati coniuncta, adeo propitia commodaque est productioni frugum, omnisque generis animalium, vt ea in re Francia omnes alias Europae partes superet: Inter montes enim Aruerniae, & Delphinatus & nostrum mare Aër adeo temperatus est, frigore montium, perpetua fere niue operitorum, & leni aura marina, vt ob oculos ponat caeli benignitatem, qua gaudet ora Genuensis. Ab alia autem parte sunt Mōtes Pyrenee val-